Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Jhesus moriens tot et tanta ac etiam passiones
et mortem patienter pro nobis sustinuit
et nos pro peccatis aggrauati et ita dei dig-
ni non possumus paruas iniurias et gra-
uamina modica et multotiens nec uer-
ba leuia pro eius nomine tollerare. Unde Bern.
Xpus exprobrationes contumelias fert tu uo-
lens honorari vis et non fers obprobrium
xpi. Considera etiam hic quam periculosum sit
peccatis locum dare ac principia et initia
eorum non expellere quia frequenter a mino-
ribus dyabolus incipit ut ad maiora ma-
la inducat. Si enim iudas cupiditati et aua-
ritie et iudei uane glorie et inuidie obstitis-
sent nunquam ille ad domini proditorem et isti
ad eius occisionem peruenissent. Sed quia mi-
nora contempserunt ideo consequenter in maiora
ceciderunt ut enim ecclesiasticus ait qui
spernit modica paulatim decidit. Oracio
Jhesu clementissime qui labores in
predicando fatigationes in discur-
rendo contumelias et obprobria iniurias et an-
gustias pro nostra salute pertulisti ac tandem
ab uno discipulorum tuorum uendi et a iudeis
appreciari xxx argenteis sicut vili precio vile-
pendi uoluisti da michi tante patientie et
humilitatis exemplum imitari atque obprobria
iniurias et omnia que michi illata fuerint
patienter tua gratia tuo auxilio superare et
pro nulla re transitoria te nequaquam commuta-
re vilipensiones quoque meas et angustias
pro tui nominis gloria equanimiter tolerare.

Meditatio in primis uesperis de cena domini.

Adueniente iam et immi-
nente tempore miserationum
et miraculorum domini quod
disposuerat plebem suam
saluam facere et eam non
corruptibilibus auro et argento sed precio-
so sanguine suo redimere uoluit cenam face-
re cum discipulis suis notabilem antequam ab
eis per mortem discederet et signum et me-
moriale recordationis et ut misteria que re-
stabant compleret. Hec autem cena prefigurata
fuit in panibus quos abimelech dauid por-
rigebat et magnifica ualde fuit et magnifi-
ca sunt que dominus ibi fecit. Ad que intenda-
re presentem cum attentione summa cohibe
quia si hic digne et uigilanter feceris non pa-
tietur benignus dominus te ieiunum redire.
Circa ipsam igitur cenam principaliter
quinque que ibi notabiliter facta sunt medi-
tanda occurrunt. Primo ipsa corporalis cena
secundo pedum discipulorum per dominum ihesum
ablutio. tertio traditoris proditoris cor-
reptio. quarto sacramenti sacratissimi in-
stitutio quinto pulcherrimi sermonis per
ipsum compositio. Circa primum attende quod prima
die azimorum i. eadem die in cuius ue-
spera erat agnus ymolandus et cum azi-
mis edendus scilicet xiiii die seu luna mensis
primi que erat feria quinta et pasche vigi-
lia. Dominus ihesus requisitus a discipulis
suis ubi uellet sibi iuxta legem parari pa-
scha i. paschalem agnum premisit ad hoc fa-
ciendum petrum et iohannem ad quandam
ciuitatem suam in monte syon ubi erat cenacu-
lum grande stratum iubens ut pascha para-
rent ibi et per omnia manifestans quod usque ad
extremum vite non est aduersatus legi. Per
petrum significatur actio bona per iohannem
contemplatio deuota que preparant pascha i. di-
sponunt ad corpus xpi sanctum debite su-
mendum. Preparant autem in cenaculo i. in
homine per deuotionem eleuato grandi longitudi-
ne longanimitatis lato latitudine carita-
tis strato uarietate uirtutum. Mittens autem
discipulos dixit eis Ite in ciuitatem et occur-
ret uobis homo amphoram aque portans.
Iste tulit amphoram seu lagenam aque ut
in tanto festo haberet apud se aquam ex-
piationis qua mundaret se et significat quod
ubi xpus cenaturus est lagena aque la-
crimarum in expiationem debet precedere. Per

nō. duce
31

aqua etiam viuifici fontis baptisma designat
unde beda Parantibus pascha homo an-
phoram aque portans occurrit ut ostendat
misterium pasche domini celebrandum pro
ablucione mundi Aqua lauacrum gratie
lagena fragilitatem designat eorum per quos
eadem erat gratia mundo monstranda Et
subdit Sequimini eum in domum in quam
intrat et dicite dno domus magister dicit
Tempus meum scilicet patiendi prope est apud
te facio pascha cum discipulis meis Qui
diceret Volo parari apud te que exigun-
tur ad comestionem agni paschalis et ideo
prouide michi de loco et cibo unde creditur
quod ille erat discipulus xpi sed occultus et
ideo prouidit de loco et agno et aliis ne-
cessariis in celebratione conuiuij paschalis
In quo apparet maxima paupertas xpi quia
ita pauper erat quod nec domicilium nec sus-
ceptaculum habebat nec unde paschale
cibum emere posset et ideo discipuli inter-
rogabant ubi pascha parare deberent
Audiant hic et erubescant quibus tanta cura
est in edificandis magnis domibus et am-
biciosis palaciis et congregandis thesauris
cognoscant xpm omnium dominum qui locum
ubi cenaret vel etiam caput reclinaret aut
cibum quem acciperet vel pecuniam unde
emeret non habebat Attendant se parum
distare ab infidelibus ydola et opera manuum
hominum colentibus Studium enim ponere et
delectari in magnis et pulchris edificiis
vel in thesauris quid aliud est quam colere
ligna et lapides vel argentum et auri-
cum gentibus Euntes autem discipuli in-
uenerunt sicut dixerat illis et parauerunt
pascha i. refectionem pasche in monte syon — no
et cenaculo ostenso eis Ubi pascha come-
derunt ibi post recessum domini discipuli propter
metum iudeorum latuerunt ibi spiritum sanctum
in die penthecostes receperunt ac multa et
magna per dominum ibidem facta sunt Hic

mons syon mons coagulatus mons pin-
guis mons in quo beneplacitum est deo ha-
bitare in eo et multa ac mira operari
qui fauum distillans dulcedinis et flos redo-
lens suauitatis odore pias mentes sui re-
cordatione afficit confortat et efficit ac sanc-
titatis sue pinguedine consolatur et pascit
Appropinquante autem uespera ipse dominus
cum aliis discipulis ciuitatem intrauit et
ad ipsum locum perueniens ad uespere illius
diei pascha celebrauit qua illa hora agnus
paschalis comedi consueuit Hora quippe
uespertina debebat agnus paschalis im-
molari et hoc in figuram et signum quod in uespe-
ra mundi et in fine seculorum immolan-
dus erat uerus agnus scilicet xpus Sollempni-
tates etiam iudeorum incipiebant a uespera
et terminabantur in uespera quia per primam
lunam que de sero primo apparet dies nu-
merabant et eas de uno sero in aliud com-
putabant Sic ergo aliquid factum in vigilia
festi potest dici in festo factum quem quidem mo-
dum tres euangeliste seruantes dixerunt
cenam esse factam prima die azimorum quia fac-
ta fuit die precedenti in qua scilicet uespera fermento
de domibus suis abiecto iudei agnum immola-
re i. occidere solebant Johannes vero acci- — no
pit diem festum pasche non pro illo cuius
uespera solum celebris erat qui erat dies
precedens sed pro illo die qui totus celebris e-
rat et ideo dicit cenam factam ante diem festum
pasche Illa autem uespera qua comedebatur — no
agnus paschalis cum azimis confecit xpus
corpus suum eo quo patet quod confecit de azi-
mo et non de fermentato cum tunc non esset
fermentatum in domibus iudeorum quia
tunc tenebantur uesci azimis panibus
scilicet a uespera xiiij diei primi mensis usque ad
uesperam xxj diei eiusdem mensis Unde patet
quod iohannes non contradicit aliis sed magis con-
uenit cum ipsis Quamuis autem typicus agnus
figuram ueri agni gestaret illa tamen nocte

qua ymmolabatur agnus typicus non fuit verus agnus ymmolatus. Christus enim legalia voluit observare ne legi contrarius videretur et ideo voluit more iudeorum pascha celebrare et nocte illa agnum comedere antequam moreretur. Necesse fuit ergo ymmolatio agni typici ymmolationem agni veri ut sic Christus qui est agnus verus ymmolaretur pro nobis immediate post ymmolationem agni figuralis et sic veritas figure succederet et responderet. Cum enim licet die sequenti crucifixus fuerit hac tamen nocte qua agnus ymmolabatur misteria corporis et sanguinis sui celebranda discipulis tradidit et a iudeis captus et ligatus est et sic ipsius ymmolationis id est passionis sue exordium fecit. Non autem Christus verus agnus fuit ymmolatus videlicet in parasceve sancta tamen apud nos est tempus non gaudii sed meroris propter Christi passionem et ideo etiam illa die non sollempnizat pascha sed differt usque ad diem resurrectionis quia sicut ait apostolus pascha nostrum ymmolatus est Christus. Conspice igitur mentis oculo dominum Ihesum in aliqua parte domus manentem et cum discipulis salubria colloquentem et interim in cenaculo parabatur pro eis per aliquos ex lxxii discipulis. Legitur enim quod beatus Martialis Lemovicarum apostolus cum aliquibus aliis ex lxxii fuit ipso sero ibi administrando domino Ihesu et xii recumbentibus. Sed et aquam portavit ipse domino Ihesu qua lavit pedes discipulorum. Cum autem omnia essent parata in cenaculo intrant cenaculum dominus Ihesus et discipuli cum eo. Omnes lavant manus et defertur eis agnus paschalis assus benedictione quadam facta per dominum comedunt eum cum suco lactucarum agrestium. In sollempnitate quippe paschali quatuor erant agnus paschalis, panis azimus, vinum et ius lactucarum agrestium. Non enim nisi cum amaritudine et compunctione cordis digne acceditur ad verum agnum. Dicit autem confessor in hystoria quod nusquam legitur dominum comedisse carnes nisi agnum paschalis quod tamen fecit in typo et figura. Discumbebat ergo Ihesus cum discipulis suis xii, dominus cum servis, magister cum discipulis, pater cum filiis, quasi cum sociis, quasi cum amicis. Unde in psalmo: filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Hec refectio significat refectionem eternam in fine mundi futuram. O quam felices illius eternitatis commensales. Et quomodo discumbentes cenabant cum lex preciperet quod stantes erecti pascha comedere deberent. Potest dici secundum Theophilum quod prius manducaverunt pascha et fecerunt ut lex mandabat. Deinde secundum commune usum discubuerunt manducantes quosdam alios cibos. Unde dicitur postea quod Ihesus surrexit a cena. Et edentibus illis dixit dominus: Desiderio desideravi id est valde desideravi hoc pascha scilicet typicum et legale manducare vobiscum ante quam patiar id est moriar. Geminatione verbi notat intentionem duplicis desiderii scilicet ut finiret vetus testamentum et inchoet novum quod erat sibi in desiderium. Cogita quam longo tempore hoc desiderium domini fuit protelatum et noli deficere si quandoque ad tempus tuum differtur desiderium. Dicit autem hic dominus ut se voluntarie pati ostendat. Cuius passionem ymmolatio agni typica et pascha iudeorum presignabat et ut demonstraret affectum quem habet ut legalia cessent et veritas evangelii currat. Secundum Bedam desiderat primo typicum pascha cum discipulis manducare et sic passionis sue misteria mundo declarare quatenus et legalis pasche probator existat et hoc figuram veri pasche fuisse docendo vetet ultra carnaliter exhiberi. In cuius rei figura defecit manna postquam comederunt filii Israhel de frugibus terre promissionis nec usi sunt ultra cibo illo. Unde subdit: Ego hoc scilicet tempore non manducabo illud scilicet vetus et legale pascha donec sacramentum dominici corporis et sanguinis in hoc veteri pascha spiritualem intellectum in regno dei id est in ecclesia militante impleatur

V deſt inſtituatur uel inſtitutum celebret. Quaſi diceret non comedam uel celebrabo amplius in figura et ſigno ſ; i̅ veritate et ſignato ipe em̄ poſtea ſupſit ueru̅ corpus ſuu̅ ſub ſacramento et nichilominus hodie in ectia vetus et figuale paſcha impletum manducat quia ea que lex cui dī ſplo carnalit obſuanda precepit ipe in membris ſuis hoc eſt in ipa ectia ſpualr exercet In hoc igitur regno comedit corpus ſuu̅ i· nos illud in eo comedere facit ſicut poſtulat pro nobis i· poſtulare nos facit Sacramentum em̄ eucharistie qđ nos per fidem ſpualit manducamus et ipe manducat nobiſcum incorporando nos ſibi per iſtud ſacramentu̅ quod alloquens aug· dicit Cibus eſt grandiu̅ non mutaberis in me ſ; tu me mutabis in te vnde donec non ponitur hic excluſiue ſ; incluſiue Et accepto calice ſ; vini quo ad paſcha iudaicum gracias egit et dixit Accipite et diuidite inter nos Gracias egit quia inſtabat completum deſiderium ut poſt immolacionem agni tipici ſequeretur immolacio agni veri ſ; xpi et quia vetera tranſibant et noua fiebant cu̅ dum vinu̅ et azima i̅ corpus et ſanguinem domini eius bndictione tranſubſtanciebantur vnde ait Non bibam amodo de generacione vitis ſ; materialis i· de vino quod generatur in vite ſ; tipicum potu̅ donec veniat regnu̅ dei quod intellige ut ſupra de cibo eſt dictum vnde beda Sicut ſupra tipicum agni eſum ſic etia̅ potu̅ paſche tipicum negat ſe ultra guſtaturu̅ donec oſtenſa et manifeſtata reſurrectionis ſue gloria regni dei fides mu̅do adueniat ut per duo maxima legis edita eſum videlicet potumqz paſchalem ſpiritalit immutata diſcens omnia legis ſacramenta uel iuſſa que carnalit ſonare videbantur ad ſpiritalem iam obſeruanciam fuiſſe transferenda Et ſic ſ̄m aug· lucas de duplici calice mencionem facit Primo

de calice vini predicto quo ad paſcha iudeorum· Sc̄o de calice ſanguinis ſui de quo iſta eſt dicendum Calix domini argenteus dicas hic et inde habens anſulas ſextarij galli menſuram capit Illegale igitur paſcha ceſſauit et impletum fuit in regno ectie qm̄ diuina ſapiencia parauit menſam noui ſacramenti ubi poſuit pane̅ corporis et miſcuit vinu̅ ſanguinis ſui Illegalia em̄ habuerunt curſum ſuu̅ et obligacionem uſqz ad xpi paſſionem in qua oblatum eſt vnicu̅ pſonu̅ ſacrificiu̅ cunctorum legalium et ideo uſqz tunc xpc legalia ſeruauit et ſibi alijs ſeruanda mandauit vnde dicit aug· qz legalia tm̄ fuerunt ante paſſione̅ domini viua poſt paſſionem mortua ſ; poſtqz claruit veritas euangelij per mundum ſunt ſepulta Illa vero ſacramenta uſqz ad finem mu̅di i̅ ſuo vigore manebunt Et no qz in Exodo determinantur multa que requiruntur ad eſum = no
agni tipici et ad hic requiruntur ad eſum agni veri debet em̄ comedi verus agnus ſ; xpc Primo i̅ auitatis per veteris conuerſacionis depoſicionem Sc̄o cum lactucis agreſtibus per amaram de peccatis omnibus cordis contricionem tercio ſine fermento pctī cu̅ panibus azimis per conſciencie puritate̅· quarto renibus accinctis per caſtitatem· quinto pedibus calciatis per affectionu̅ a terrenis elongacionem cuius ſignu̅ pt eſſe qz dns prius lauit pedes diſcipulorum qz daret eis hic ſacramentu̅ Sexto in baculis cum manibus per ſui ipius cuſtodiam diligente̅ Predicte condiciones requiruntur quantu̅ ad declinacionem mali Sed quantum ad operacionem boni requiritur Primo qz in domo vna comedat per eccleſiaſticam vnitatem Sc̄o qz a vicinis per fraternam concordiam et amore̅ Tercio non crudus ſiue amoris igne nec coctus aqua ſine deuocionis ſapore ſ; aſſus igni per deuocionis feruorem procedente̅ Quinto qz feſtinanter per ſpualem auiditatem = Berlin art

et delectatoꝝ coꝛcomitate · q̄nto ꝗ totalis
per fidei integritatem voꝛando caput cū
pedibus et inteſtinis · i · per ueram fidem
incoꝛpoꝛando et credendo in xp̄o diuini-
tatem que eſt caput eius et humanitatē
ſꝫ carnem que tanq̄ pes eſt infima in
ipſa natura et aīaꝫ que eſt media ſicut
eius inteſtina · ſexto ꝗ ſine oſſium con-
minucōe per ſimplicem ſacramenti ve-
neratioꝫ **Oratio**

DOmine ih̄u xp̄e qui hora ue-
ſpertina cenaꝫ ultiāꝫ cū diſci-
pulis in cenaculo grandi ſtrato feciſti et
eos ſacratiſſimo coꝛpoꝛe et ſangne tuo
cibaſti · fac pectus meū cenaculum grāde
ſtratum amplificata fidem ſpem et caritatē
in coꝛde meo magnificata longanimitatē
paciaꝫ et humilitatem · da michi ut te quē
celi et terre non capiunt pro modulo ſuo
capiat coꝛ meū contritum et humiliatū ut
per inhabitantē graciā tuaꝫ omnia tibi
placencia cogitem et pficiaꝫ et omnia co-
traria declinando declinem et ſic pſeuerādo
uſq̄ in finem conſequar tunc digna ſacº
ſancti coꝛpoꝛis et ſanguinis tui pceptoꝫ

De ablucōe pedum diſcipłoꝝ

ANte feſtum uero dili-
genter attende **P**remiſ-
ſis namq̄ ita ſe haben-
tibus ſciens ih̄s quia uenit
hora eius non fatalis
ſꝫ impletōis ſacramentoꝛum a deo patre
oꝛdinata ut tranſeat ex hoc mundo ad
patrem non per loci mutatōeꝫ ſꝫ ſicut dicit̄
veniſſe a patre aſſumendo natura nr̄aꝫ
moꝛtalem ita dicitur ad patrē rediſſe
faciendo ipāꝫ per īmoꝛtalitatē in ſua
reſurrectione paterne glorie coſoꝛtē Cū
ſemper dilexiſſꝫ ſuos qui erant ī mūdo
non ſuos ſola creatōe ſꝫ ſuos eciā electōe
et dilectōe ſꝫ diſcipulos in fine dilexit

eos · i · in fine ſpecialia et maioꝛa ſigna di-
lectōis et quanto amoꝛe dilexerit eos o-
ſtendit ponendo aīaꝫ ſuaꝫ pro ipſis vel in
finem · i · perſeuerant̄ et ī moꝛte nō ꝗ moꝛ-
te terminaretur dilcō ſꝫ in tm̄ dilexit ꝗ uſq̄
ad moꝛtem dilectio eum perduxit in quo
exemplum dedit ut om̄s in dei et pximi ca-
ritate uſq̄ in finem pmaneāt vel ī finem
· i · in xp̄m qui eſt finis pfectionis et conſum-
mans · dilexit eos · utiq̄ et ipſi de hoc mūdo
ubi erant et caput ſuū qd̄ hic tranſiſſet
eius dilectōe tranſirent **P**er ih̄m qui ſa-
lus interpretatur bonus platus ſignificat̄
finis uero ultimus eſt beatitudo vera
que conſiſtit in clara dei viſione et frui-
cione perfecta · licet aūt oīs homo debe-
at ad hunc finem pxim̄ diligere platus tn̄
qui eſt xp̄i vicarius ſpaliter tenet̄ erga
ſuos ſubditos hoc facere **E**t cena facta
ſꝫ agni paſchalis cum iaꝫ dyabolus mi-
ſiſſꝫ in coꝛ · i · in uoluntatem unde nō directe
tanq̄ uoluntatē mouens ſꝫ indirecte tanq̄
ei ſuggerens ut traderet eū ſꝫ ih̄m conſen-
ciens iniquitati die eiꝰ precedenti eū vendi-
derat ſuggeſtione dyaboli **D**yabolus aūt
non eſt īmiſſoꝛ cogitacōnū maloꝝ ſꝫ in-
centoꝛ quia temptatio praua ex homine eſt
quā dyabolus non immittit ſꝫ ī miſſaꝫ ab ho-
mine magis intendit et attendit temptaci-
one hoīs percepta per aliqua ſigna coꝛꝑ-
oꝛa · aliter eīn nō pt̄ hoīeꝫ decipere niſi ho-
ſtem decipiat et hoſti arma reddat · i · nō
ſuggeſtoꝛi conſenciat · Nam ſꝫm aug᷒ · per dy-
abolum ſuggeſtōes ī mittuntur et humanis
cogitacōibus miſcent̄ **S**ciens ergo ita ſcīs
ſciens ih̄c ut deus quia omnia dedit ei pater
ī manus · i · in poteſtatem eciā ipſm̄ tradi-
toꝛem et perſecutoꝛes ex quo patꝫ ī xp̄o
plenitudo ſciencie et poteſtatis et quia
a deo exiuit ī mundum veniens nec pa-
trem deſerens et ad deū uadit omnia q̄